UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

I. Actus Fidei, & Spei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

partes affectas oſtende, rogans ut omnibus externis & internis animæ morbis medeatur.

POST SACRUM.

In eos erumpe affectus, quos eliceret infirmus plurimis morbis gravatus, & depoſitus, adveniente totius mundi peritiſſimo, benigniſſimoq; Medico.

AFFECTUS
Ad Chriſtum Animæ Medicum.

I. *Actus Fidei, & Spei.*

I. VEniſti magnus de cœlo Medicus, quia magnus in terra jacebat ægrotus. Benedicta ſit hæc ineffabilis miſericordia! Adoro te mihi nunc intimè præſentẽ, potentiſſimum Auxiliatorem, afflictis omnibus olim tam mirabiliter opitulantem. O cœleſtis Thaumaturge! tu potens es in ſermone; tantùm dic verbo & ſanabitur anima mea. Tu potens es & in opere; ſi tantùm tetigero vivâ fide & fiduciâ, ſalvus ero. Credo, Domine, te id poſſe, credo quoque te id velle, tantùm adjuva me, ut ex parte mea nihil deficiat, & ſtatim ſalvus & ſanus ero.

II. O Domine! in miſeros & infir
omnes beneficentiſſime ! ego debili
languidus à te plenam animæ ſanita
me obtenturum firmiter ſpero : ſi e
morbos corporales olim tam promp
expeditè curabas , haud dubiè m
promptiùs hodiedum animæ infirmi
magìs noxias & periculoſas depelles.

III. Hemorrhoiſſam duodecim
nis fluxu ſanguinis laborantem , ſo
fimbriæ attactu extemplò ſanaſti : & p
tioſi corporis & ſanguinis tui contact
fluxu vitiorum meorum me non ſan

IV. Paralyticum triginta octo a
habentem in infirmitate ſua; ſed hom
non habentem, qui eum motâ per A
lum aquâ in piſcinam mitteret, è v
gio ſanaſti ; & me ſpirituali tot anno
paralyſi laborantem , & hominem p
te non habentem, curare recuſabis?
mitte me in pretioſi ſanguinis tui p
nam , & animam meam infirmam ſa
ti reſtitue.

V. Mortua reſurgit Filia Archiſin
gi tactu corporis tui , dúm ejus ma
tenens ais : *Puella ſurge* , & quo

non vivam ego, non tantùm tangens ſed & manducans carnem tuam & ſanguinem tuum bibens? præſertim cùm tam diſertè promiſeris: *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam* Joan. 6.

II. Actus Fiduciæ.

I. SI tanta vis ſub veteri Lege erat in figura, quanta in Legis novæ figurato erit? Eſus carnis Agni & ſanguis ejus domibus aſperſus à morte præſervabat Hebræos, cùm omnia Ægypti primogenita perirent: & tua, O Agne Dei! caro & ſanguis ſacratiſſimus me à morte tueri & vitam ſpiritualem conſervare non poterit?

II. Si tanta virtus erat in Umbra, quanta in veritate erit? Manna cibus erat medicinalis, & à morbis comedentes præſervabat: *non enim erat in tribubus eorum infirmus* Pſalm. 104. Quid igitur non efficies, O divinum Manna, millies efficacius! quos morbos quantumvis inveteratos & radicatos non abiges?

III. Manna illud antiquum, licèt morbos curaret, à morte tamen & ſenectute non præſervabat: *Patres* enim *noſtri*